



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Infirmi, leprosi, surdi, claudi, cæci.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

norasti pauperem. Jac. 2. *Judicium sine misericordia ei, qui non fecit misericordiam. Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & sublevat, de stercore elevat pauperem.* 1. Reg. 2. Ex Oplione Davide facit Regem. *Superexaltat misericordia judicium.* Jac. 2. Hoc est, supra judicium se exaltat & elidit ejus rigorem à manu Iudicis, quasi virgam & flagellum extorquens, unde Syrus vertit: *Exaltati estis per misericordias supra judicium.*

Infirmi, leprosi, surdi, claudi, caci.

Dominus opem ferat ihi super lectum doloris ejus, universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus. Ps. 40. *Caci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgent.* Luc. 7. *Vir plenus lepra rogavit eum dicens: Domine, si vis, potes me mundare, & extendens manum tetigit eum dicens: volo mundare.* Luc. 5. *Lepra pessima est peccatum, à qua mundari debes per Sacramentum Confessionis. Caci sunt, & duces cacorum. Cecus autem si caco ducatum praestet, ambo in foveam cadunt.* Matth. 15. *Liberet te Deus à malis instructoriibus. Quia acceptus eras Deo, necesse fuit, ut tentatio (immissa cæcitas) probaret te.* Tob. 12. Ergo non alia ad cælum via, quam per cruces. *Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introcas in eum.* Marc. 9. *Pessimus est Diabolus, qui instigat ad non audientem*

134 *Pars secunda de elevatione*
dum verbum Dei , & peccata in Confessione
non aperienda. *Tanquam surdus non audiebam*,
& sicut mutus non aperiens os suum. Pl. 37. Da-
vid in persona Christi. *Testificor in Domino, ut*
jam non ambuletis, sicut & gentes ambulant in va-
nitate sensus sui, & tenebris obscuratum habent
*intellectum, alienati à vita Dei, propter felici-*ta**
tem cordis ipsorum. Ephes. 4. *Exi citò in plateas*
& vicos civitatis, & pauperes ac debiles, & ca-
cinos & claudos introduc huc. Luc. 14. Ergo ne-
mo , uteunque abjectus videatur in mundo
hoc , excluditur à convivio cælestis Patris-fam-
iliæ. Dummodo habeat vestem nuptialem gra-
tiæ sanctificantis : quâ plerumque magis desi-
tuti sunt felices in mundo hoc , quam alii. Et
sic ligatis manibus & pedibus projiciuntur inter-
nebras exteriores. Matth. 22. *Usquequo cla-*di**
catis in duas partes ? si Dominus est Deus, se-
quimini eum ; si autem Baal, sequimini illum.
3. Reg. 18. Pseudopoliticus definitur, quod sit
animal ita serviens Deo , ut non offendat Dia-
bolum.

Documenta pro afflictis.

Cum ab infantia (Tobias) semper Deum si-
muerit, & mandata eius custodierit, non est
contristatus contra Deum, quod plaga cætitatis eve-
nerit ei : sed immobilis in Dei timore permanens
agens gratias Deo omnibus diebus vita sua. Tob.
2. Hanc autem tentationem ideo permisit Domi-
nus evenire illi, ut posteris daretur exemplum pa-
cietur.